~~893~~ 809

Lopienski Lucrum

Super Citationem Literalem Castrensem Branscen. tenoris talis Franciscus Joannes Leszczowolsky Branscen. Capitaneus Tibi Nobili Hieronimo olim Petri Lopienski ex omnibus bonis tuis vigore Regio et nostra Capitaneali autha. mandamus ut in Terminis Querellarum ac Causarum officij Capitan. Castren. in Curia Regia Branscen. Feria secunda post datam praesentis Citationis proximius celebrandis, ptr et peremptae Comparcas Ad Instantiam Nobilis Thomae olim Mathiae Lopienski Actoris, Qui te Citat ad Inscriptionem Castren. Branscen. per te sibi factam qua mediante submisisti et inscripsisti te Summam Triginta Florenorum Polon. debiti certi veri et liquidi, ad duas temporum ratas, pro Certis temporibus iam diu praeteritis solvere sub vadio simili. Cuitu inscriptioni Contraveniendo nec vadium metuendo summam utrasque rates non persolvisti, per quod vadium Cuilibet ratae et summae appositum succubuisti ad quod super te decernendum una Cum solutione summae essentialis utrarumque ratarum Citaris Judicialiter Iis responsurus Datum in Curia Regia Branscen. Feria sexta post festum Sancti Francisci Confessoris Proxima Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Primo Cuius quidem Citationis praeinsertae Copiam sigillatam Ministerialis Regni Generalis Nobilis Simon Lopienski Citonem hanc ab una integra ante Terminum praesentem septimana in bonis Lopienie Citati propriis posuit et publicavit Memorata pars Actorea Suprascriptam partem Citatam Ad officium praesens Castrense Capitan. Branscen. per Ministerialem Regni Gnalem Nobilem Benedictum Grosszynski eundiete Clamatum et non Comparentem in lucro suo pro toto est Regestri ordine ac admissione offi. praesentis iudicialiter Condemnavit

Lopienski in Lucro

Super Citationem Literalem Castrensem Capitanealem Branscen. tenoris talis Franciscus Joannes Leszczowolsky Branscen. Capitaneus Tibi Nobili Joanni olim Mathiae Lopienski ex omnibus bonis tuis vigore Regio et nostra Capitaneali authte. mandamus ut in Terminis Querellarum ac Causarum offi. Capitan. Castren. ibi in Curia Regia Branscen. Feria secunda post datam praesentis Citationis proximius cellebrandis ptr et peremptae Comparcas Ad Instantiam Nobilis Gregorij olim Stanislai Wrotowski de Wrotj Kuzele Mali haeredis Qui te Citat ad Inscriptionem Castren. Branscense per te eidem Actori factam

809

qua mediante Submisisti et inscripsisti te eidem Actori summam viginti octo florenorum Polonorum debiti certi veri et liquidi pro tempore certo in inscriptione specificato iam diu praeterito solvere sub vadio simili aliorum viginti octo florenorum Polonorum cui tu inscriptioni contraveniendo nec vadium in Inscriptione appositum metuendo summam praefatam non persolvisti, quod vadium similis summae succubuisti ad quod super te et bonis tuis omnibus decernendum una cum solutione summae essentialis citaris Idem tibi responsurus. Datum in Curia Regia Branscensi Feria secunda post festum Sancti Michaelis Archangeli proxima Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Primo. Cuiusquidem Citationis praeinsertae copiam Sigillatam Ministerialis Regni Generalis Nobilis Simon Lopienski ab una integra ante Terminum praesentem septimana in bonis Lopienie Citati propriis posuit et publicavit. Memorata pars Actorea supra scriptam partem Citatam ad officium praesens Castrense Capitaneale Branscense per Ministerialem Regni Generalem Nobilem Benedictum Wyssynski iuridice Clamatam et non Comparentem in loco suo pro toto eius regestri ordine ac admissione officii praesentis Idem Condemnavit

Moniusko Lucrum

Super Citationem Literalem Castrensem Capitanealem Branscensem tenoris talis Franciscus Joannes in Klocow Lesnowolski Branscensis Capitaneus Tibi Nobili Mathaeo Filio Nobilis Petri Zaleski Cokolda ex omnibus bonis tuis vigore Regio et nostra Capitanealis authoritate mandamus ut in terminis Querellarum et Causarum officii Capitanealis Castrensis in Curia Regia Branscensi Feria secunda post datam praesentis Citationis proxime celebrandis personaliter et peremptorie Compareas ad Instantiam Nobilis Laurentij olim Pauli Moniusko Actoris qui te citat ad Inscriptionem Castrensem Capitanealem Branscensem qua mediante Submisisti et inscripsisti te eidem Actori certi veri et liquidi debiti summam septuaginta florenorum Polonorum pro tempore certo in Inscriptione expresso iam diu praeterito solvere et restituere sub vadio similis summae cui Inscriptioni tu contraveniendo nec vadium in eadem appositum metuendo praefatam Summam eidem Actori non solvisti, quod vadium in Inscriptione contentum succubuisti pro quo super te et bonis tuis omnibus decernendo una cum solutione summae essentialis citaris Idem tibi responsurus. Datum in Curia Regia Branscensi Feria secunda post festum Sancti Francisci Confessoris proxima Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Primo. Cuiusquidem Citationis praeinsertae copiam Sigillatam Ministerialis Regni Generalis Providus Joannes Siekal ab una integra ante Terminum praesentem septimana in bonis Citati propriis posuit et publicavit. Memorata pars Actorea supra scriptam partem Citatam ad officium praesens Castrense Capitaneale Branscense per Ministerialem Regni Generalem Nobilem